

peccaveris: quia quod directe promittitur, est bonum melius, & ordinatur ad alium bonum, nempe in adium & iustitiam peccati, si committitur. De re, quae omnibus spectatis est indifferens: nam nihil confert ad cultum Dei, nec ei placet: Immo tale Votum est cuius vanus ac superfluis, ideoque peccatum faltem veniale. Ut autem res indifferens fiat honesta, debet non solum referri ad suum honestum, sed etiam ex se, vel ex circumstantiis esse apta ad suum usum consequendum, cum ratio extrinseca rem non immutat. Igitur superfluitas & nullitas est Votum non edendi capita animalium in honorem S. Joannis Baptistae, vel carnes alias in honorem S. Laurentii. Porro executio Voti illiciti continet eandem malitiam, quam ejus emissio: quia executio est obligatio Voti, est Voti facti approbatio.

V. Ut sit de bono possibilis. Nam inepta & illudiosa est promissio rei, quae praestari non potest: & nemo obligari potest ad impossibile. Hinc irritum est Votum nunquam peccandi venialiter etiam cum deliberatione imperfecta. Nam hoc ita impossibile est in hac vita cum auxiliis ordinariis, ut nunquam videntur omnia peccata venialia sine speciali privilegio, ex Concil. Trid. sess. 6. can. 2. Votum autem requirit, ut quod promittitur, praevideatur esse faciendum, & fieri posse moraliter. Docent tamen valere Votum nunquam peccandi ex proposito & perfecta deliberatione, quia hoc est possibile cum divina gratia absque privilegio: & tale Votum a viris sanctis quandoque factum legitur.

VI. Ut votens non sit jure positivo inhabilis ad votandum.

Nota. Laudabiliter posse votari Deo aliquid ad quod jam obligatur: & per tale Votum novum vinculum induci est omnino certum, inquit Lessius, tum ex perpetuo usu Ecclesiae, ubi votentur non solum abstinencia a nuptiis, sed etiam abstinencia ab omni voluptate illicita extra matrimonium, quae omnibus est precepta. Tum quia opera precepta sunt Deo gratissima; ergo postura illi promitti, & hoc promissio novam obligationem asserit: nam debitor potest se pluribus nominibus ad idem obstringere, sicut creditor pluribus titulis potest idem exigere a debitore. Quare violatio talis Voti duplicem habet malitiam, unam contra preceptum, & alteram contra religionem ob Votum.

Quest. III. Quomodo est Votum?
Resp. Dividitur 1. in reale, personale, & mixtum. Votum reale est, quod promittitur pecunia vel re pretio aestimabili, quae actio votentis non fit. Personale est, quod promittitur actio personalis aut

omissio ipsius votentis, ut Votum castritatis. Mixtum est, quod promittitur & actio vel omissio personalis, & aliquid pretio aestimabile ac ditionatum, ut si vocas ire ad B. Virginem Lauretanam, ibique munus offerre. 2. In temporale, quod est ad certum tempus; & perpetuum, quod censetur fieri, cum nullus est obligatus constitutus finis, ut si dixeris: Voveo deinceps castitatem. 3. In absolutum, quod fit sine conditione; & conditionatum, quod fit sub aliqua conditione, v.g. Voveo elemosynam, si pater convalescat: unde non obligat nisi posita conditione; sed ea posita statim obligat, quia obligatio definit esse suspensa. Porro nullum est Votum factum sub conditione repugnantem naturae & substantiae Voti, vel rei promissae, ut si profitearis Religionem, ea conditione ut aliquod proprium retineas. 4. In solenne, (1) quod ab Ecclesia approbatum & absolute ac in perpetuum acceptatum est; & simplex, quod emittitur absque acceptatione Ecclesiae, saltem in perpetuum.

Quest. IV. An, quomodo, & quando Votum obligat?

Resp. Obligatio Voti (1) est suo genere gravis est, ita ut ejus violatio in materia gravi fit mortalis. Ita omnes. Consult. 1. ex Pl. 49. Redde. Aliquid Vota tua. Et Eccl. 1. Si quis voluerit Deo, in maiore reddere: displicet enim, et invidiosum est, si maiore reddat, sed quod minus voluerit reddat. Et promissio, sed quod minus voluerit reddat. Votum est, de virtute quae continentia Votum violaverunt, dicitur: Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. 2. ex traditione, & sensu Ecclesiae. 3. ex c. 6. de Voto. Licet unius sit liberum sit arbitrium in votando, usque adeo tamen solutio necessaria est post Votum, ut sine proprio saluti dispensatio alicui non liceat resistere. Quia haec obligatio pertinet ad gravissimum virtutum Religionis, quae quae tenetur reddere Deo obsequium promissum, & ab eo acceptatum; ideoque specialiter ipsi debetur; Maxime debet homo Deo fidelitatem, tum ratione dominii, tum etiam ratione beneficii suscepti. Et ideo maxime obligatur homo ad hoc quod implet vota Deo facta. Hoc enim pertinet ad facultatem quam homo debet Deo. Praeterea autem voti est quaedam infidelitatis species: unde Salomon rationem assignat, quare sint vota reddenda, quia displicet Deo infidelis promissio, ita S. Th. 2. 2. q. 88. art. 3. Praeterea, violatio fidei Deo datae in re gravi continet gravem irreverentiam in Deum, propter summam ejus maiestatem. Hinc S. August. Epist. 127. alias 45. ait: Quia jam vivisti, jam te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet. Prius quam esses voti reus, liberum fuit: quomodo non sit gratulanda libertas, quae sit ut non debeat.

in saeculo remanet, emittendam, publice in conspectu Ecclesiae nunciari debere: exinde tamen non sequitur, tollens illud esse. Nam illud tantummodo continentia Votum solenne censetur, quod est laico Ordini, vel Regulari professione adnexum.

(2) Honesti opera, quae sunt vi Voti, quomodo procedant ex gravi obligatione, sunt nihilominus maioris bonitatis, ac meriti, quam alia commissa opera sponte & ultra Votum peracta. Vid. num. 467.

beatu quod cum lucro reddatur. Nunc vero quia tenetur apud Deum sponte tua, non te ad magnam inhibitionem invitio, sed a magna iniquitate deterreo.

Materia autem illa Voti est gravis, de qua potest dari preceptum sub mortali obligans: seu quae per se, vel ex circumstantiis moraliiter conducit ad honorem Dei, vel spiritualem utilitatem votentis. Hinc qui semel non implet Votum jejuniandi, confitendi, vel audiendi Sacrum &c. peccat mortaliter: cum haec materia gravis sit, & sufficiens ad mortalem in precepto Ecclesiae.

Votum tamen est commune aut fere communi sententia obligat solum sub veniali in re gravi. Quia Votum est quaedam lex privata, quam quis sibi imponit, & specios quaedam pacti: lex autem & pactum non imponit obligationem nisi proportionatam materiam. Deinde omnis fidelitatis & iustitiae in re parvi momenti non censetur gravis injuria & offensa. Praeterea res ex omni parte levis non est capax obligationis gravis, nec pendet a voluntate hominis obligationem gravem alligat rei, quae non est capax illius: nec Deus videtur acceptare tale obligationem irrationabilem. Unde qui voluisset singulis diebus anni dare unum assem pauperibus, peccaret solum venialiter semel, aut bis omitendo. Secus, si deservisset non implere Votum, quia materia talis Voti collectivae sumptus gravis est.

Porro non pauci docent votentem possi in re gravi se obligare solum sub veniali, si expresse velit, (exceptis votis religiosi, quae sunt per se vota graviter in perpetuum obligantia, & nisi Ecclesia aliter statuerit); tum quia cum obligatio votiva voluntarie assumatur, pendet a voluntate votentis, nec ex lege divina constituitur, nisi dependenter a voluntate votentis; tum quia votum est lex privata, quam votens libere sibi imponit; legislator autem potest in materia gravi velie tantum se obligare sub veniali. Constat autem votentem rem gravem obligari sub mortali, nisi expresse voluerit se obligare solum sub veniali: nam quicumque censetur se accommodare capacitati materiae & usui communi, nisi constet aliud expresse intendisse.

Ceterum violatio Voti praeter malitiam irreligiosae perfidiae, & infidelitatis erga Deum, involvit deformitatem facilitatis, saltem secundum quandam eminentiam: quia per voti violationem id quod fuit Deo per promissionem dicatum, ei denegatur.

Resp. 2. Quando non constat de alia speciali votentis intentione, non aliter obligat Votum in quavis materia, quam si esset lex de ea re Deo, vel ab Ecclesia lata. Quia Votum est quaedam lex, quam homo sibi imponit circa materiam illam promissam, immo fit communitur juxta hanc intentionem. Hinc Votum jejuniandi, audiendi Sacrum, obligat ad modum precepti Ecclesiastici de eadem re, ideoque eodem modo servandum. Et votens excusatur a talis voti implerione in his circumstantiis, in quibus excusatur a precepto Ecclesiae, nisi contrarium expresse vel virtualiter intendat.

Resp. 3. Ex communi sententia, Votum personale solum votentem obligat, nec per alium impleri potest: quia res promissa est propria actio, vel omnisio votentis, non alterius. Hinc si non possit illud per se exequi, non tenetur alium substituere, nisi id expresse intenderit. Votum vero reale obligat votentem ad implendum per alium de pro-

priis bonis, si per se ipsum implere nequeat: quia res promissa est bonum temporale votentis; quod potest ejus nomine per alium tradi. Item haereditas, secutum omnes tenentur exequi Vota realia defuncti, secundum vires haereditatis, salva legitima haereditas necessarii c. 9. de testam. & l. 1. §. de pallio. Nam haeres debita bonis annexa solvere tenetur ex iustitia, ratione rei acceptae cum tali onere, & ex contractu implicite inito per acceptationem haereditatis; haereditatem enim adeundo, sicut commoda ejus & omnia jura defuncti acquirit, ita etiam debita & onera realia bona annexa in se suscipit. Bona autem Deo promissa, sunt ipsi speciali jure debita. Quod si sint plures haeres, quisque tenetur pro rata, juxta portionem haereditatis, quae ei obigit, nisi res debita & legata possideatur ab uno, vel obligatio fit individua.

Idem est de Voto mixto quoad partem, quae personale est, ac de Voto personali; & quoad partem quae reale est, ac de Voto reali; cum fit vere personale quoad unam partem, & reale quoad aliam. Hinc obligat haeres non qua parte est personale, sed qua parte est reale: ut si quis peregrinationem, & statuum argenteam vovit, tenetur haeres ad statuum dandam, non item ad peregrinationem, nisi eam promiserit, aut hac lege haeres institutus fuerit.

Qui autem vovit factum alterius, tenetur curare quantum potest, ut alter implet: hoc enim censetur intendisse, licet alter tamen nullatenus ad id tenetur, nisi consenserit: nam Votum obligat cum solum qui promittit. Hinc liberi non obligantur Votis parentum eos religioni devotum, nisi ea rata habuerint, c. 4. de Regulari. Si vero populus vovit festum vel jejunium, consentiente Episcopo, ad hoc tenentur posteri, non vi Voti, sed ex precepto Episcopi approbantis, & ut implicite praecipiens illud festum aut jejunium.

Resp. 4. Impleri debet Votum tempore a votente praefinito: nam promissum rem tali tempore, unde illam auno reddere tenetur. Hinc qui vovit jejunium tali die, peccat mortaliter si eo die non jejunet perinde ac si die ab Ecclesia statuto non jejunaret, quamvis proponeret alio die jejunare. Quod si ex impotentia, vel negligentia Votum tempore praefinito non impletur, debet postea impleri, nisi ex intentione votentis, aut Voti natura, res promissa sit assida certo diei in devotionem illius ad honorem Sancti, vel mysterii, cuius tunc memoria celebratur: ut si quis voverit jejunium vigilia aliorum Sancti principaliter in illius honorem; tunc enim obligatio cum die extinguatur, quia tunc intentio fuit se obligandi ad actum hoc tempore faciendum, non alio, & res promissa est dependenter ab hoc tempore ac per modum unius. Quando autem tempus non ipsius temporis natura & devotione constitutum est, censetur adici ut terminus non ad finem obligationem, sed ultra quem non fit differenda; & sic statim postea impleri debet. Nam cum votentis non ultra eam diem differre, est semper in mora differendo, & tenetur tempore implere: quia peccaverat debitor, quod substantiam, quasque obligationes contractidit, unam facienti quae, alteram facienti tali tempore: unde haec non impleta, manet illa principalior, quae semper urget.

Si vero nullo deest tempore absolute votentis, tenetur Votum exequi quam primum commode & recte.

recte potes iudicio prudenti. Nam statim moraliter loquendo existit a Deo, ex Dent. 23. *Cum votum voceris Dominus, non tardabis reddere: quia requirit illud Dominus. Et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.* Et Eccl. 5. *Si quid voveris Deo, ne moreris reddere.* Deinde res abdolet & sine dilatione promissa statim debita est l. 1. §. de regul. jur. In omnibus obligacionibus, in quibus dies non ponitur, praesenti die debetur. Igitur culpabilis est omnis mora, quo rationalis causa non concellectur. Non est tamen continuo mortale differre ad velle breve tempus, modo votum brevi postea perfolvi queat. Nam potest esse materia parvitas in mora illa, sicut in alioribus. Haec omnia communem doctrinam continent.

Porro si votum fuerit negativum, seu de omissione, toties peccatur, quoties fit actio omittenda: quia votum illud infra praecipit negativi obligat pro toto tempore, pro quo factum est, & omnis omnino omisso promissa est.

Sed an votens, votum implere ante tempus se praesumit teneri ob impedimentum futurum?
 Resp. 1. Quando opus voretur ut habuerit opus certi diei, seu temporis, ex communi sententia non tenetur votens praeveneri, etiam si praevideat impedimentum pro illo die. Quia non vovit actum, nisi tali die faciendum: unde ante illam non obligat votum. Idem die, quando terminus seu dies additur non solum ad differendam executionem, sed etiam ad suspendendam obligationem usque ad talem terminum: quia res non est promissa ante illum, nec votens intendit se obligare nisi ex tali die.

Resp. 2. Quando terminus solum ponitur ad differendam solutionem, & non ad suspendendam obligationem, tunc ex communi sententia votens tenetur votum persolvere ante terminum, si praevideat impedimentum pro illo futuro; quia tunc votum statim ac fit, obligat absolute, ut intra terminum designatum omnia fiat. Unde obligat determinate pro illo toto tempore, pro singulis vero partibus quasi disjunctive. Et ideo votens tenetur absolute implere votum in aliqua parte hujus temporis. Ergo si praevideat futurum esse impedimentum in posteriori parte temporis, tenetur in priori facere, quod est praeveneri terminum. Et alioqui contra promissionem dilatio fieret ultra tempus praesumit. Item licet terminus temporis sit constitutus ad suspendendam solutionem, si opus promissum non est proprium opus alicuius determinate partis totius temporis usque ad illius terminum, tenetur votens implere votum ante terminum illum, si ante illum impedimentum praevideat: ut si quis vovit jejunare sex dies mensis, non designando illos, limitando tamen obligationem ad mensem, tunc si praevideat futuram, ut post decimum diem mensis jejunare queat, tenetur in prioribus diebus totum votum implere, & ita praeveneri terminum: quia tunc totum tempus mensis est tempus absolute obligationis. Quae omnia confirmantur exemplo praeciporum; v. gr. committantur singulari anis. Ita Suarez, addens tamen votentem in omnibus casibus vitare impedimentum, ut votum tunc tempore promissum impleri possit: nam votum obligat saltem implicita ad non poscendum impedimentum, cum hoc fit necessarium ad implendam tem-

expresse promissam: alioqui obligatio voti esset inefficax & inanis.

Quaest. V. *Quid dicendum in dubio circa votum?*
 Resp. Sequentia. 1. Nullus tenetur voto, de cuius emissionis dubitat: si post diligentem examen nulla ei appareat probabilis conjectura, quod votum illud fecerit. Quia obligatio voti, quae voluuntarie suscipitur, sine rationabili fundamento, adeoque irracionabiliter affirmatur: Nemo autem tenetur obligatione, quae nullo fundamento rationabili niuitur.

2. In aequali utrinque probabilitate votum servari debet. Ita Azor. V. *Thyrsus Gonzalez*. Quia tunc non potest prudenter negari votum fuisse. Deinde in dabis utriusque pars eligi debet; alioquin talis se exponeret periculo peccandi: nam cum detur lex certa non violandi votum, hoc ipso quod dubitat an voverit aliquid, dubitat an illud omittendo, violat eam legem, ideoque peccat. Qui autem agit dubius an peccet, se committit periculo peccandi, & reus peccat. A fortiori tenetur voto, qui sciens se post septennium voverit, dubitat an habuerit intentionem se obligandi, vel scientem adventuram. Nam aut praesumitur factus ut fieri solet ac debet, nisi contrarium constet; & res in dubio iudicari debet a communitate contingentibus. Si quis tamen paulo post quam aliquid promissum, dubitat utrum habuerit intentionem voveri vel se obligandi, an vero sit dumtaxat simplex propositum, ordinare praesumitur non voverit. Quia verum votum ordinarie fit cum tanta deliberatione, ut facile quique paulo post eius emissionem potest illud reminisci.

3. Certus de voto, sed dubius de solutione, tenetur illud implere: nam debito certo non satisficit nisi per solutionem certam.

4. Quando solum dubitatur de quantitate vel qualitate rei promissae, votum expellendum est secundum votens intentionem, ultra quam non obligat, ex Dent. 23. *Pater facti promissit Dominus, & propria voluntate, & ore suo locutus est.* Nam ut ait S. Thom. 2. 2. qu. ult. art. 2. *Voluntas voti est voluntate procedit. Nam votum voluntatis est, ut Augustinus dicit: in tantum ergo servat obligatio voti, in quantum se extendit voluntas & intentio votentis.* Si de intentione non constet, elicienda est ex conjecturis, ex materia, & praesertim ex fine, quem in voto praevideat; nam causa finalis seu ratio volendi est mensura rei volitae. Et si hinc impellit adhibere dubium manet. Votum explicandum est secundum communem & usitatum verborum, quibus usus est, aspektionem: nam quisque censetur velle facere, quod verbis in sensu usitato acceptis indicat. Quod si non recollectit verba, quibus usus est, eligi debet pars tutior. *Si dubitet quomodo se in vovendo habuerit, debet quovisens votum eligere, ne se discrimini committat,* ait S. Th. in 4. dist. 38. q. 1. art. 3. ad 6.

Quaest. VI. *An votum solum, seu exterior factum sine animo vovendi, vel se obligandi, peccatum est?*

Resp. Affirm. Quia illa scilicet seu simulatio est mendacium aliquod, & vana usurpatione nominis Dei, continens irreverentiam contra Deum. Scelus autem contemptus, scandalum, iniuria, non esse per se mortale docet Suarez: quia, inquit, velle praesente

profere verba vovendi sine volitione vovendi, non est gravis irreverentia ac iniuria Dei; & scilicet non est respectu Dei, sed tantum respectu hominum quibus per illam potest fieri iniuria levis. In votis tamen solemnibus, quae sunt in assumptione status religionis, docet scilicet esse mortalem: quia in ea fit iniuria gravi religioni, & consequenter etiam Deo & Ecclesiae, & vix separari potest a gravissimo scandalo.

Quaest. VII. *Quot modis solitur obligatio voti?*
 Resp. Ex communi sententia, his, 1. Cessante causa finali, ob quam factum est; nam cessante causa cessat effectus, c. 60. de appellat. sed cessante causa finali, desinit intentio voventis, utpote desiciente proprio ac principali motivo, & votens non censetur voluisse promittere & se obligare illa cessante; ut si jejunium per mensem voveris ad obtinendam sanitatem patris; si hic moriatur, desinis obligari.

2. Materie desitione, vel mutatione notabili, ut si res promissa, antea impetita, fiat turpis, vel indifferens, vel impediatur maioris boni ratione novae circumstantiae, aut prohibitionis, vel si factum impossibile. Nam votum est essentialiter de bono meliori & possibili. Item quando non potest servari sine gravi periculo mortis, vel gravis damni in bonis temporalibus, in statu vel honore, quod fit accidentarium voto, nisi constet ex natura voti vel alter, voventem voluisse se in tali evento obligare. Nam in tali casu materia non est eadem, nec voventis intendit committere tunc se obligare. Neque tunc est obligatio praestandi aliquid aliud loco rei promissae, quia votum non obligat ultra intentionem voventis, quae non est obligandi se ad aliud, quam ad id quod voverit, nisi illud faciat in hoc, includit saltem virtualiter. At voti obligatio non cessat ob difficultates potae obvenientes, quas si vovens praevideat, non voverit. Nam, ut notat Lessius, multi castitatem voverunt, & religionem prosequuntur, qui tales potae tentationes ac difficultates patiuntur, quas si praeviderent, vovere non voluissent; & tamen omnium iudicio non ideo desinunt teneri voto. Haec enim omnia praecogitare potuerunt ac desinunt. Quod si non fecerint, sibi imputant, & melius idonea adhiberunt: hoc ut votum implere possint. Votum quippe obligat secundum mentem, quam vovens reipso habuit explicito vel implicite cum, vovit, & secundum communem usum ac sensum prudentium. Quare voti vel iuramenti obligationem non tollit id quod, si antea accidisset vel praevitum fuisset, impediret suscipere: sed requiritur mutatio, ita notabilis, ut faciat quasi aliud obsequium, ad quod voventis intentio praesertim ex circumstantiis praesertim se non extendit.

3. Irritatione, dispensatione, vel commutatione.

4. Defectu conditionis potae, si votum sit conditionatum. Quia votens nolit se obligare, nisi conditione illa potae, & res non est promissa nisi sub illa conditione, ac potae cum praesertim conditione suspensa est, donec implatur conditio, quae potae, sit absoluta.

Si vovens voti conditionem honestam per dolum, fraudem, vel ruses impedit, peccat contra votum, & eo remanet obligatus. Nam votum sub conditione aliqua honesta factum obligat ad rem promissam implendam sub conditione illa, quae a vovente non

fit impediatur; idcirco etiam ad illam non fit impedimentum, alioqui esset illusorium. Unde si vovens impedit per vim, dolum, fraudem, vel ruses, peccat, & voto tenetur proinde ac si conditio evenisset. Ita Sanchez, Azor, & alii multi approbant illum.

Sed quid, si materia voti sit impossibilis solum quoad aliquam partem vel modum?

Resp. Tunc fit commode talis materia dividi posse & soleri, vovens tenetur ad eam partem quam potest. Quia censetur partes illas divisi promississe, nam voluntas censetur fieri in objecta secundum eorum naturam & communem usum, nisi constet, oppositum expresse intendit. Hinc si non potes dare pauperibus centum quo promissisti, teneris dare decem, quos potes. Si vero res promissa dividi nequeat, aut non solet, ad nihil tenetur: ut si voveris edificare Ecclesiam, & postea non habes pecuniam sufficientem, nisi ad ponenda fundamenta; ad nihil teneris: quia parte Ecclesiae, non divisi, sed collectivae tamquam unicum obiectum censetur promississe, nisi contrarium expresse intendas.

Quod si actus non possit fieri solum quoad circumstantiam seu modum, qui non fuerit intentus principaliter, nec ut conditio necessaria ad obligationem substantivam, tunc res pro illa implenda est quoad substantivam. Quia tunc substantia actus fuit principaliter & absolute promissa; circumstantia vero fuit modus, ut si quis accessorium principale autem non debet impeditur per defectum accessarii. Sic qui vovit jejunium in pane & aqua, & potest solum servare jejunium quoad substantiam principaliter: nam jejunium quoad substantiam principaliter, modum vero illum in pane & aqua solum accessorie. Sicut si quis non vovit substantiam actus, nisi dependens a tali modo, qui nequeat servari, ut sepe fit, cum modus ille notabiliter minuit difficultatem actus: nam tunc intentio actum faciendi non est absoluta, sed cum tali conditione, quae sublata cessat intentio se obligandi, ideoque obligatio: ut si voveris ire Romam, equum, vel redam, & postea utrumque desit, non teneris ire pedibus.

Si vero modus aut circumstantia sit solum possibilis, res autem principaliter impossibilis, cessat obligatio voti, quia non fuit intentio se obligandi, nisi si dependenter a principali.

Ceterum si impossibilitas, aut impossibilitatem non sit perpetuam, eo potae sublato, votum impleri debet, nam tunc solum suspenditur ejus obligatio. Si vero sit perpetuam, cessat omnino obligatio voti, nec votens tenetur in alio commutare, nisi hoc voverit.

Quaest. VIII. *Quaenam vota, & a quibus irritari possunt?*

Vota irritato voti est ablatio ejus obligationis, si data nomine proprio ab eo, cujus potae sit substantia est voluntas voventis vel materia voti. Duplex est, alia directa, quae directe cadit in votum, efficiens ut votum sit nullum defectu conditionis ad illud requisite; scilicet contentus ejus, cui voluntas voventis subiecta est, alia indirecta, quae cadit dumtaxat in materiam voti, seu quae fit tantum ratione materiae alteri subiectae remanente voto.

Resp. 1. Vota omnia eorum, quorum voluntas sub-

subiecta est potestati dominativa alterius, possunt ab eo directe irritari, nec potest reviviscunt. Ita communitur. Quia tales ita dependent ab alio, ut sine eius iuribus non possunt de seipsis disponere contra eius voluntatem; ac proinde eorum Vota tacitam ac implicitam habent hanc conditionem, *Si Superior non contradixerit*. Nam nemo potest votare contra iura alterius. Quare Superiore nolente voluntatem subditi obligari, cessabit obligatio ob defectum conditionis. Quando tamen non irritatur Votum, sevari debet: quia licet non sit firmum, est tamen validum donec superior contradicat, ex cap. *Monacho*, 20. qu. 4. ubi Votum a Religioso sine consensu superioris factum dicitur solum frangendum: hoc est irritandum: ergo supponitur validum. Quare in huiusmodi Votis non includitur hæc conditio affirmativa, *Si Superior consenserit*, sed negativa, *Si Superior contradixerit*, vel *dum Superior non contradixerit*, ut notat Sanchez.

Hinc ex communi sententia, 1. Omnia Vota im-
puberum, etiam implenda tempore pubertatis, possunt directe irritari a patre, vel in eius defectum ab avo paterno, aut tutore, ut qui vices patris gerit, non tamen a matre, nisi sit tutor. Ratio est dispositio Iuris Canonici, quod Votis impuberum ob horum iudicii imbecillitatem appositus hanc tacitam conditionem, *Nisi pater, vel tutor contradixerit*, cap. *Puella* 20. qu. 2. Multi docent eadem Vota im-
puberum a patre irritari posse tempore pubertatis. Quia Vota ista per tractum temporis non amittunt hanc suam conditionem, *Nisi pater contradixerit*, sed semper manent subiecta patri, idque exprimit ad subveniendum indelicatiori liberorum. Sed iuxta varios, id ius non potest tutor, quia eo ipso quod pupillus sit pubes, tutor fit curator, cui persona pupilli sui maioris non committitur sicut tutori: at pater semper mater pater: *Suar. Reginald. L.* ista modo libere in pubertate talia Vota non ratificaverit, scientes non fuisse firma; nam hæc ratificatio est nova Voti emissio.

2. Superiores Religiosorum possunt directe irritare omnia Vota suorum subditorum, exceptis Votis, quæ ex Instituto Religionis sunt, & Voto strictioris Religiosis. Constat ex communi Doctorum sensu, & ita in Religiosis recepto. Et ex cap. *Monacho*, 20. qu. 2. & ex S. Thom. 2. 2. qu. 88. art. 8. ad 3. Idque vel ex natura status Religiosi, & Voti obedientie, per quod abdicavit ius omne disponendi de ipso, & cuncta in superiorum potestatem transfudit, ita ut *velit et nolit non habeat, sed ex illius, quem vice Dei supra caput suum posuit, et cuius imperio se subicit, voluntate dependat*, c. 22. de elect. in 6. vel hoc provenit ex dispositione Ecclesie per usum statuta, quæ sicut in Votis im-
puberum, ita in Votis Religiosorum hanc tacitam conditionem habere voluit, *Si Superior non contradixerit*, ut scilicet melius Religiosi, in via spirituali a suis Superioribus diriguntur. Potest quoque valide Prælati secundum communem sententiam irritare Votum subditi a se, vel a Prædecessore equali aut inferiori approbatum. Quia per istam approbationem se licentiam, non amittit ius superior, quo inferiorum voluntates sibi habet perfecte subiectas ad eorum rectam gubernationem; nec ideo suam potestatem a se abdicavit. Sed hoc non videtur omnibus certum. Fariuntur autem omnes talem peccatu-

rum, si sine causa consensum redderit, quia ab iuribus sua potestate contra bonum subditi, & impedit maioris Dei obsequium. Novitiorum vero Vota non possunt directe irritari, cum sit adhuc ius iuris, sed solum potest suspendi executio Votorum personalium, quatenus impediunt observantiam regularem, & eorum rectam gubernationem: ita ut si egrediantur a Religione, statim reviviscit eorum obligatio.

Porro Religiosi, & quivis subditi dominative alterius potestati, ex communi sententia licite ac meritoze ea omnia bona opera volunt, quæ nec regulari, nec superiori precepto eis interdicta sunt, nec eos a debito illorum obsequio retrahunt; & talia Vota statim obligant, non expectato superiorum consensu, donec ipsi non contradicant. Quia cum ea materia sit bona nec interdicta, est apta Voto emittendo, & quædam non interdicuntur, est in votivum potestate.

Resp. 3. Vota, quorum materia est alteri subiecta, possunt ab eo indirecte irritari seu potest eorum executio & obligatio suspendi, est autem subiectiohem facta fuerit, ex c. *Nolite* 33. qu. 5. Quia nemo potest & censetur promittere aliquid in damnationem sui præiudicium etiam futurum aliorum, & executio talis Voti hoc ipso fit illicita, quod alter potestatem habens in rem vel actionem promissam, contradicit; nam nunquam licet ius alterius violare.

Hinc secundum communem sententiam, 1. Irritari a patre possunt indirecte & ratione materie Vota puberum, quæ ob iurisdictionem & convenientiam gubernationis familie, in qua pater habet jus regendi filium donec emancipetur. Quia potest suspendere obligationem Voti perpetuo abstinendi a carnibus. At nil potest circa Vota puberum, quæ nullatenus eius potestati obiciunt, ut sunt certæ preces, consuetæ pietatis officia, Votum castitatis, religionis &c. nam puber, in ordine ad obsequium divinum, habet jus disponendi de se, & suis actionibus personalibus, quæ non advertantur recte gubernationi familie.

2. Maritus potest irritare indirecte Vota uxoris, quæ obiciunt usui matrimonii, proli educationi & gubernationi familie, ut sunt Vota peregrinandi, & pater jejuniandi &c. quia juri mariti obstant non autem Vota de certis precibus, aut continentia post eorum votum servanda; nec enim maritus potest prohibere uxori omnia opera consilia, cum omnia juri eius non obiciant, & subiectio uxoris ad virum oriatur solum ex matrimonii vinculo, quæque commensurata. Uxor vicissim potest hinc irritare Vota mariti, quæ obstant vice socialis, & moderatæ debiti restitutioni, cum ad hæc jus habeat. Possunt tamen ambo ex communi consensu continentiam votare, & tunc neutri debent petere, ut petenti reddere licebit, cum juri suo cessaverit.

3. Heres potest suspendere executionem Votorum famuli & ancille, quatenus solum impediunt, vel imminuunt obsequium sibi debitum, cum alia eius juri non obstant.

Observa. Vota directe irritata nunquam reviviscunt, quia superior eis contradicendo, efficit ut sint nulla, defectu conditionis requisite; cum inferior non possit valide votare nisi sub hac conditione tacta, *Si pater vel superior non contradixerit*. At

vota indirecte irritata suspenduntur solum, quædam materia est subiecta alteri, & reviviscunt ac obrogant, quando desinit ei subiectio. Quia Votum gratè validum absolute, & ob solum materiam subiectiohem suspenduntur, & ejus executio jam est licita, cum nulli obstat.

Hinc Vota conjugum, puberum, & famulorum perpetua, quæ tempore subiectionis vel ante emissam, suspensa fuerint, eos obligat cum eorum materia desinit subiecti alterius potestati. Unde uxori quæ sine consensu mariti continentiam vorit, non licet nubere post ejus mortem.

Resp. 3. Qui Vota irritandi potestatem habent illa valide irritant etiam sine justa causa, quia ad validum usum juris sui non requiritur causa. Peccant tamen si sine causa faciunt, cum sit abusus potestatis contra bonum proximi, & honorem Dei.

Quest. IX. *Quam possunt dispensare in Votis & Juramentis?*
Resp. Patrum & Episcopos habere potestatem dispensandi in Votis, & juramentis. Constat, 1. Ex Matr. 16. *Tibi dabo claves regni Calorum*. . . & quicumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Et c. 18. *Quicumque solveris super terram, erit solutum & in caelis*. Quæ verba utroque generalia, intelligi debent de omni vinculo voluntarie contracto ab homine erga Deum. 2. Ex perpetuo Ecclesie usus. 3. Quia ad commune bonum fidelium expedit, immo necessaria est hæc potestas.

Dispensatio autem Voti est absoluta condonatio rei Deo promissa, facta nomine & vice Dei a superiore tanquam ejus Vicario; qui tamen tunc non dispensat in lege divina servandi Votum: nam obligationem servandi Votum non relaxat tunc, cum ipsa vigeat; sed solum ipsam promissionem, seu rem promissam remittit nomine ac vice Dei, & tanquam ejus Oeconomi. Lex autem divina non obligat ad servandam promissionem Deo factam, cui Deus per suam Vicariam cessit.

Resp. 1. Potestas ordinaria dispensandi in Votis & juramentis competit solis Prælati habentibus jurisdictionem in foro externo. Nam hæc potestas ad externam exercendi gubernationem pertinet, sicut potestas ferendi leges & censuras; unde non est ordinis, sed jurisdictionis. Hinc cum habent, 1. Papa erga omnes fideles in omnibus Votis. 2. Episcopi erga filios subditos in Votis Pape non reservatis; nam hæc potestas est necessaria ad regimen Episcopale. Item habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, cum dispensandi potestatem habeant, ut ordinariam. Potestatem vero delegatam habeat qui ab iis accipere.

Vota autem Pape reservata, præter sollemnia, sunt quinque, scilicet, castitatis perpetue, ingrediendi Religionem approbatam, & peregrinationis in Jerusalem, ad Lineam Apostolorum, & ad S. Jacobum in Compostella, *Extrav. Epi. Dominici*, de penis. Quæ tamen si conditionata fuerint, pertinent ad Episcopum ante impletam conditionem: (1)

Resp. 3. Ex communi sententia ad valorem dispensationis requiritur etiam justa causa. Quia Deus non desit hominibus potestatem relaxandi sine causa Vota & juramenta sibi facta; cum talis remissio

sit irrationabilis & honoris Dei ac bono animarum oblit. Nec Prælati sunt domini iurium Dei, sed solum economi: ac economus nil potest citra bona & iura domini, nisi secundum ejus voluntatem rationabiliter presumpsum. In dubio tamen de sufficienti causa, potest subditi stare iudicio Prælati dispensantis vel communitatis. Ita S. Th. 2. 2. qu. 88. art. 12. ad 2.

Hinc dispensans in Voto gravi sine justa causa, peccat mortaliter. Quia in re gravi ad Religionem pertinente arrogat tibi potestatem, quam non habet; & peccat contra fidelitatem ex munere debitam. Juste autem causæ dispensandi hæc recensentur: honor Dei, utilitas Ecclesie, commune bonum Reip., spiritualis utilitas votantis, periculum morale sæpe violandi Votum ex fragilitate, levitas mentis, ex quo Votum factum est, perturbatio animi, notabilis difficultas superveniens executioni Voti, aliaque ille genus, quæ generatim revocari possunt a prelatum, utilitatem spirituales, & necessitatem. Quamquam ex his aliquæ videntur solum sufficere ad Votum commutandum, quoniam ad commutandum, & raro utrumque est paria dispensatio, sed addiscenda est aliqua commutatio.

Quest. X. *Quam possunt commutare Vota?*
Nota. Commutare Votum est mutare materiam Voti in aliam sub eadem obligatione.

Resp. 1. Quisque potest privata auctoritate, & sine alia causa, commutare Votum suum in id quod evidenter melius est, & aliunde non preceptum, modo id Ecclesia non prohiberit: *Eg. saltem commutator sententia*. Quest. 1. ex cap. 1. de jure Non promissum instringit, qui in melius illud commutat. 2. Debitum rei minus bonæ abanle & perfectius solvitur Deo in re meliore, quæ semper est Deo gravior, & in qua etiam res promissa continetur, virtualiter saltem quoad finem Voti, qui est rem gratam Deo facere. 3. Deus semper acceptum habet obsequium majus ei delatum loco minoris; cum magis velit a nobis fieri id quod melius est, & ei gratius. Hinc Votum recitandi septem psalmos commutari potest a votente in Votum audiendi Sacrum. Multi excipiunt Vota Pape reservata, quæ sine ejus auctoritate commutari nequeunt, eo quod talis commutatio non sibi propriam referant, nisi instatam Religionis commutentur. Ita Suarez, Sanchez, Lysman, &c.

Porro melius hic censetur id quod spectatis omnibus est Deo gratius: tale autem non est semper id quod secundum se, & ex genere suo præstantius est, sed quod saluti votantis magis expedit, cupiditates efficacius coerces, & voluntatem Deo perfectius subijcit. Hinc quamvis oratio fit absolute melior jejuniu, non licet tamen propria auctoritate hoc in iliam commutare: quia hic & tunc potest jejuniu esse Deo gratius, utpote utilis ad bonum spirituale hujus hominis: ita dubio an opus fit melius, requiritur auctoritas Prælati, c. 1. de Voto. Et de hoc omnes consentiunt, teste Azor.

Resp. 2. Ex communi sententia, Votum non potest valide commutari privata auctoritate in opus minus bonum, quia tunc intercedit partialis dispensatio,

(1) Vid. Bened. XIV. de Syn. lib. 9. c. 1. n. 1.

teria continent, ex ira proferantur, tunc sunt blasphemis, quia contumeliose pronuntiantur.

4. In assertorium, quod confirmatur dictum vel factum de presenti vel preterito, aut propositum de futuro sine promissione, ut cum quis jurat factum alicui, licet illud nemini promittat. Et promissorium, quo quis confirmat promissum, & se obligat alicui aliquid pro futuro. Hæcque est vel absolutum, vel conditionatum, quod scilicet habet conditionem expressam, aut tacitam, ex dispositione juris, vel intentione jurantis.

Quæst. III. An & quando licet jurare?
 Resp. 1. Licet cum certis conditionibus jurare. Constat 1. Ex Deut. 6. Per nomen illius jurabis. Et Psalm. 62. Laudabuntur omnes qui jurant in eo. 2. Ex traditione & præti Ecclesiæ. 3. Quia Juramentum est actus latus, quo jurans tacite testatur Deum habere rerum omnium cognitionem, & veritatem infallibilem, ac providentiam rerum humanarum.

Immo est obligatio jurandi, 1. Quando a superiore legitime exigitur. 2. Quoties necessarium est ad subveniendum proximo: nam lex caritatis obligat ad eius necessarii subveniendum medio licito, preteritum facti, quale est Juramentum.

Resp. 2. Ut licite fiat Juramentum, requiruntur tres conditiones ex comites, scilicet veritas, iudicium, & iustitia. Ita omnes; & constat, tum ex Joannis 4. Jurabis, Vixit Dominus, in veritate, & in iudicio, & iustitia. Tum quia si una ex illis deest, committitur irreverentia in Deum.

Veritas exigit, ut jurans prudenter & certo judicet verum esse id quod dicit, & moraliter certus sit se verum effecturum id, quod promittit. Iudicium, ut cum discretionem, prudentiam, consideratione, maturo examine veritatis, ac reverentia, nec sine necessitate & gravi causa iuretur. Iustitia deum exigit, ut Juramentum promissorium vel assertorium de futuro fit de re licita & honesta.

Quæst. IV. An semper est mortale, si una ex illis conditionibus deest?

Resp. 1. Si veritas deest, vel patitur deesse, vel dubia sit Juranti, est perjurium, & semper mortale peccatum, etiam in re levi asserta. Ita omnes Theologi. Preb. Quia 1. Deus non potest sine gravi incommodo ac iniuria adduci in testem falsitatis, sive in re magna, sive in parva, vel iocosa. Quæ per hoc datur intelligere, vel quod Deus veritatem non cognoscit, vel quod falsitatem testari velit. S. Th. 2. 2. q. 98. art. 2. Quod est valde iniuriosum Deo; nam aliqui non esset summe verax, nec proinde Deus; cum vel levissima falsitas summe ac infinite veritatis repugnet. Unde asserunt Deum in seipsum mendaciter velissimum, est ex natura deum in seipsum negare infallibilem ac summam veritatem. Preterea (ut ait S. Th. q. cit. art. 2.) Ea que ex se sunt peccata venialia, vel etiam bona ex genere, si in contemptum Dei fiunt, sunt peccata mortalia. Unde multo magis quicquid est quod de sui ratione pertinet ad contemptum Dei, est peccatum mortale: perjurium autem de sui ratione importat contemptum Dei. Unde manifestum est, quod perjurium ex sui ratione est peccatum mortale. 1. Ex S. Aug. serm. 28. de verbis Ap. Pet. Perjurium peccatum esse. & grande peccatum, nemo dubitat. 2. Innoc. XI. damnavit hanc propositionem.

1. *Neque Deum in seipsum mendaciter loqui, non est tanta irreverentia, propter quam veluti aut possit damnare hominem.* Quare omne perjurium scilicet dictum, quod est mendacium Juramento confirmatum, seu falsum juramentum, mortale est, etiam si ioco fiat. *Ille qui iocose perjurat, non curat divinam irreverentiam, sed quantum ad aliquid magis augeat, & ideo non excusatur a peccato mortali.* S. Thom. 2. 2. q. 82. art. 2. ad 2.

Porro latius a S. Hieronymo & iure aliquando dicitur, nempe pro quolibet iuramento illicito, etiam vero, sed sine necessitate facti. Ergo moraliter necesse, 1. Qui jurat id de quo dubitat, vel non est certus; nam exponit se periculis iuramentum falsum. Immo pejerat; nam mentitur; asserens tanquam certum id quod putat tale non esse. 2. Qui jurat verum, putans esse falsum; nam talis formaliter & spectato eius conceptu jurat falsum, & mentitur, cum loquatur contra mentem; habetque voluntatem adducendi Deum in testem falsitatis. 3. Qui jurat id quod verum est, & tale putat, sed levibus conjecturis adductis. Ita Catech. Rom. quia exponit se periculo jurandi falsum. 4. Ex communi, quicquid Juramento promittit sine voluntate implendi: nam jurans se aliquid facturum, jurat se habere firmam voluntatem faciendi: unde si non habeat, mentitur. Vel si iuret se facturum id, quod scit sibi esse impossibile, quia non potest habere propositum efficax implendi: nam propositum non est de re impossibili, cogitata ut tali, igitur etiam si res sit mortaliter tantum impossibilis; quia jurat se facturum id, quod iudicare debet non facturum. Item si dubitet an possit aut debeat persolvere: nam pejerat, vel saltem se exponit periculo pejerandi; & in his omnibus deficit certa veritas de presenti, quam semper in re qualiter habere debet juramentum promissorium, & quæ exigit, ut sit animus firmus & certus promissa persolvendi.

Resp. 2. Quoad defectum iudicii constat, 1. esse semper mortale, si defectus considerationis fit circa Juramentum ipsum, vel circa veritatem, propter periculum perjurii, ut si deliberare iures sine prudenti iudicio de veritate, vel sine consideratione ad hoc requirita, etiam contingat esse verum, quod iurans; nam exponit se periculo jurandi falsum. Hinc peccant mortaliter, qui factum quod audit tantum, vel alitis signis non omnino certis cognoverunt, tamen quam certo cognoscunt iuramento asserunt. Item qui jurant de alienius peritia, iudicium ferunt sine sufficienti illius notitia, & certitudine de illa. Si vero defectus considerationis fit solum circa necessitatem & gravitatem rei, ex communi sententia est solum venialis, scilicet contemptus, scandalum, & periculo jurandi falsum: ut cum quis certus de veritate, non satis considerat an sit causa sufficiens jurandi.

Constat 2. esse peccatum saltem veniale, iurare sine necessitate, vel magna utilitate, ex Matth. 5. Ego dico vobis non jurare omnino... Sic autem sermo vestes, Est, est; Non, non. &c. Et Jacob. 5. Nolite iurare quodcumque Juramentum... ut non sub iudicio decidatis. Nam est irreverentia contra summam Dei maiestatem, quod interponitur eius autoritas, & ipse adducatur in testem sine necessitate, vel magna utilitate, aut ad res vanas ac leves confirmandas. Sic illicita sunt Juramenta urbanitatis gratia missa, ut non ingrediendi vel egrediendi prius, defectu necessitatis & gravitatis rei. Ea autem non videntur violari, si jurans altero urgente precedat; tum quia imbibunt hanc tacitam conditionem, Si non nimium repugnaverit, non precedat. tum quia illud Juramentum cedens in honorem alterius, remittitur ab eo, cum iure ceteris contendit ut iurans prior transeat.

Non est tamen ex communi sententia mortale, iurare sine necessitate, vel super re levi, aut vana, sed vera & licita; modo absit contemptus, scandalum, & periculum pejerandi: quia in hoc non contemnitur graviter irreverentia. Ita S. Anton. p. 1. tit. 16. c. 4. *Requisitur iudicium, si est discretio, ut scilicet non iuretur, nisi in casibus necessitatibus, vel magne utilitatis, ... alius jurando testetur, ut communitatis sit, est verum sit & licitum quod iuratur, est peccatum, non tamen mortale, nisi fuerit in contemptum.* Qui tamen sepe jurant sine necessitate, pejerandi periculum incurrun, & proinde mortaliter peccant. Nam qui sic jurant ex consuetudine, propter nimiam facilitatem, & proclivitatem per eam contractam, leviter & temere jurant: nunquam in periculo mortali jurandi sine iudicio prudenti de veritate, ideoque pejerandi.

Resp. 3. Quod spectat ad defectum iustitiæ, constat 1. Eum, qui jurat se facturum rem illicitam sine animo faciendi, esse perjurum, quia Juramentum mendacium confirmat. 2. Eum, qui jurat se facturum rem graviter illicitam, duplex mortale peccatum admittit; unum; quod velit rem graviter malam; alterum contra religionem; nam gravis est in Deum irreverentia, Dei subditur ac testimonio se firmare in proposito Deum graviter offendendi: in hoc enim est gravis abusus nominis & autoritatis Dei. Hinc c. Qui Sacramento; 22. quod dicitur. *Qui Sacramento se obligaverit, ut litigant cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio uno anno a communione Corporis & Sanguinis Domini sequestrer, reatum suum elemosinis, scilicet, & quantis poterit jejuniis absolvat.* 3. Esse peius jurare de re venialiter mala paranda, quam de re indifferenti, vel de honesta sine causa. Communis tamen docent esse solum veniale grave, quia putant non esse gravem irreverentiam, nisi fiat cum quadam contumelia, vel verbis, quæ blasphemiam sonant, aut adit periculum perjurii. 4. Esse mortale contra religionem Juramento confirmare injuriam mortalem, ut gravem detractionem veram, vel contumeliosam: nam asserere nomen Dei tanquam instrumentum ad gravem injuriam proximo inferendam, ideoque Deum graviter offendendum, gravis est in Deum irreverentia. An autem propria culpa mortalem præteritum Juramento asserere cum iactantia & detestatione, sit, præter culpam lethalem iactantia & detestationis, mortale peccatum contra religionem, alii assentiunt, quia putant esse gravem irreverentiam; alii probabiliter negant, eo quod Juramentum per se non cadat in illam assertionem, ut malam, sed ut veram.

Nota. Per præceptum, Non assumes nomen Domini tui in vanum, non solum prohibetur omnia Juramenta contra honores Dei facta, sed etiam quælibet vana usurpatio eius nominis.

Quæst. V. Quæ & quanta est obligatio Juramenti promissorii, & assertorii de futuro?

diendi prius, defectu necessitatis & gravitatis rei. Ea autem non videntur violari, si jurans altero urgente precedat; tum quia imbibunt hanc tacitam conditionem, Si non nimium repugnaverit, non precedat. tum quia illud Juramentum cedens in honorem alterius, remittitur ab eo, cum iure ceteris contendit ut iurans prior transeat.

Non est tamen ex communi sententia mortale, iurare sine necessitate, vel super re levi, aut vana, sed vera & licita; modo absit contemptus, scandalum, & periculum pejerandi: quia in hoc non contemnitur graviter irreverentia. Ita S. Anton. p. 1. tit. 16. c. 4. *Requisitur iudicium, si est discretio, ut scilicet non iuretur, nisi in casibus necessitatibus, vel magne utilitatis, ... alius jurando testetur, ut communitatis sit, est verum sit & licitum quod iuratur, est peccatum, non tamen mortale, nisi fuerit in contemptum.* Qui tamen sepe jurant sine necessitate, pejerandi periculum incurrun, & proinde mortaliter peccant. Nam qui sic jurant ex consuetudine, propter nimiam facilitatem, & proclivitatem per eam contractam, leviter & temere jurant: nunquam in periculo mortali jurandi sine iudicio prudenti de veritate, ideoque pejerandi.

Resp. 3. Quod spectat ad defectum iustitiæ, constat 1. Eum, qui jurat se facturum rem illicitam sine animo faciendi, esse perjurum, quia Juramentum mendacium confirmat. 2. Eum, qui jurat se facturum rem graviter illicitam, duplex mortale peccatum admittit; unum; quod velit rem graviter malam; alterum contra religionem; nam gravis est in Deum irreverentia, Dei subditur ac testimonio se firmare in proposito Deum graviter offendendi: in hoc enim est gravis abusus nominis & autoritatis Dei. Hinc c. Qui Sacramento; 22. quod dicitur. *Qui Sacramento se obligaverit, ut litigant cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio uno anno a communione Corporis & Sanguinis Domini sequestrer, reatum suum elemosinis, scilicet, & quantis poterit jejuniis absolvat.* 3. Esse peius jurare de re venialiter mala paranda, quam de re indifferenti, vel de honesta sine causa. Communis tamen docent esse solum veniale grave, quia putant non esse gravem irreverentiam, nisi fiat cum quadam contumelia, vel verbis, quæ blasphemiam sonant, aut adit periculum perjurii. 4. Esse mortale contra religionem Juramento confirmare injuriam mortalem, ut gravem detractionem veram, vel contumeliosam: nam asserere nomen Dei tanquam instrumentum ad gravem injuriam proximo inferendam, ideoque Deum graviter offendendum, gravis est in Deum irreverentia. An autem propria culpa mortalem præteritum Juramento asserere cum iactantia & detestatione, sit, præter culpam lethalem iactantia & detestationis, mortale peccatum contra religionem, alii assentiunt, quia putant esse gravem irreverentiam; alii probabiliter negant, eo quod Juramentum per se non cadat in illam assertionem, ut malam, sed ut veram.

Nota. Per præceptum, Non assumes nomen Domini tui in vanum, non solum prohibetur omnia Juramenta contra honores Dei facta, sed etiam quælibet vana usurpatio eius nominis.

Quæst. V. Quæ & quanta est obligatio Juramenti promissorii, & assertorii de futuro?

Resp. 1. Est obligatio sub mortali præstandi rem licitam Juramento promissam, vel assertam, saltem si res illa sit gravis. Ita omnes. Constat 1. Ex Matth. 5. Reddis Dominus Juramenta tua. Et ex cap. 12. de iudicio ubi Summus Pontifex statuit Clericum ab Ecclesia removendum, eo quod non solverit pensionem aliquam Juramento promissam. 2. Quia hæc obligatio ex iure genere gravis est: nam est obligatio virtutis religionis, & ex præcepto colendi Deum: ergo eius violatio est ex suo genere mortalis. Deinde tendit ad firmam pacta inter homines; controversatibus dividendis; ad quem assequendum necesse est, ut ex tali Juramento nascatur gravis obligatio ferendi promissa: a quoque hoc vinculum non esset satis firmum, & facile ab hominibus rumpeatur.

Nem docent Toletus, Lessius, & alii, etiam si res sit levis. Quia 1. Jurans se aliquid facturum, Deum testem assumit, se non solum habere animam faciendi, sed etiam se facturum, nisi legitima causa excuset; & sic auctoritate divina se obligat ad servandum promissum. Unde duplex veritas exigitur, una præsens; scilicet animus rem iuratum præstandi; altera futura, scilicet illius executio iure tempore futura. Ergo si non exequatur, facit, quantum in se est, ut Deus falsum testatus sit; voluit enim ut Deus testaretur aliquid futurum. 2. Si non servaverit Juramentum, est de re levi, efficitur Deus testis falsitatis; veritas quippe talis Juramenti consistit in conformitate cum re promissa, nam ab eo quod res est, vel non est potest tempore imperato, propositio est vera vel falsa. Hinc S. Th. q. 89. art. 7. ait: *Temerè ut facias, verum esse id quod iuraveris, aliquando deest veritas Juramento.* 3. Est mortale contemnere Dei auctoritatem interpositam pro quacumque re. Aliud est de violatione voti, quæ in re levi est solum venialis, quia non est gravis injuria nec irreverentia in Deum non prestare rem leviem promissam, quæ parum confert ad eius honorem. At est gravis injuria adducere Deum in testem falsitatis etiam in re levi, & quantum est in se efficere, ut restans sit falsum in gravis res; neque enim stare possit veracitas Dei infinita, si Deus possit testari falsum in re aliqua est levi, ac proinde rem leviem juratum non exequi, est factum negare veritatem Dei, & quantum est in re illam destruire.

Verum S. Antonius p. 2. tit. 16. c. 4. §. 1. Sylvester, Sotus, Navarrus, Suarez, Sanchez, Azor, Sylvius, & alii communiter, aut saltem communis docent, Juramentum promissorium obligare tantum sub veniali in re levi, five res levis fit tota materia promissiois, five solum pars illius. Probat, quia 1. Rem iuratum promittens Juramento, Deum adducit dumtaxat in testem, se habere animam implendi promissum; & se obligare ex auctoritate Dei ad illud præstandum, pro capacitate scilicet mentis, seu rei promissæ. Unde fit rem Juramento promissam cum animo eam vere præstandi, omittat, non mentitur, nisi nihil dicit ad facti continentem, vel de solam eam mutat. Ergo non inducit Deum in testem mendaciter; sed infideliter agit, nolens nempe prestare rem sub auctoritate divina promissam. Quæ infidelitas est irreverentia in Deum, mortalis quædem in re gravi, sed venialis in re levi. Negant autem eum, qui aliquid Juramento promittit, pro-

prie affumere Deum in testem futuræ executionis Juramentum, sed adduci solum volunt in testem præsentis promissionis, & obligationis promissa perficiendi inde ortæ, & tanquam fideiussorem quoad executionem futuram.

1. Sicut in humanis contractibus quando quis assumitur testis promissionis, non censetur inductus fuisse ad testificandum saluum, si postea non servaverit promissum; sed solum ut attestet de contractu præsentis & obligatione inde ortæ: ita Deus non adducitur ut testis falsi, quando affinitur ut testis promissionis Juramento firmate cum animo eam implendi, quanvis postea non impleatur; ideoque tunc Deus non efficitur testis falsitatis, si non servatur promissum.

Fatenur quidem rem Juramento promissam dari debere etiam ex reverentia debita auctoritati divinæ, quæ interposita fuit ad corroborandum promissionem. Quare si promissio non impleatur, peccatur contra reverentiam auctoritatis divinæ debitam; sed volunt hæc irreverentiam esse gravem vel levem pro gravitate, vel levitate materiæ sui rei promissæ; perinde ac levitate voti est gravis vel levis culpa & irreverentia pro gravitate vel levitate rei Deo promissæ.

Itaque hi Doctores sentiunt Deum nunquam adduci in testem futuræ executionis promissionis, sed tantum in testem promissionis, & obligationis inde ortæ, & voluntatis promissæ præstanti. Quæ quidem obligatio pertinet non solum ad virtutem justitiæ & fidelitatis, sed etiam ad religionem propter interpositam auctoritatem Dei; & commensuratur capacitati materiæ, ita ut gravis sit in re gravi, levis vero in re levi promissæ. Juramenti autem præmissorij veritas consistit in conformitate ejus cum proposito loquendi, vere promittendi, & promissæ perficiendi.

Nota. Licet Juramenti obligatio non transeat ad hæredes, cum sit obligatio propria voluntate suscepta ex juratione, ideoque personalis; teneatur tamen ex justitia implere Juramenta realia defuncti, quæ non fuerint per injuriam exorta; nam succedunt in onera realia defuncti sicut in ejus Jura. Defunctus autem per promissionem Juramento confirmatam contrahit onus & debitum reale, quod proinde transit ad hæredes. Debent etiam impleri erga hæredes promissorij, quia actiones & Jura defuncti transeunt ad illos.

Item Jurans obedientiam alteri ratione dignitatis & officii, v. gr. Episcopo, tenetur vi Juramenti obedire omnibus ejus successibus in ea dignitate sui officio, ex c. 15. de Jurejur. quia censetur jurasse obedientiam omni habenti tale officium seu dignitatem, quæ est causa & ratio juramenti.

Resp. 2. Juramentum promissorium habet eadem conditiones, lirationes, & extensiones expressas ac tacitas, quas promissio, vel contractus, cui adhiærit, habet ex mente contrahentium, ex dispositione Juris, vel recepta consuetudine, eodemque modo explicandum est, ex cap. 25. de Jurejur. & Lult. cod. de non numer. pecun. Nam talis est intentio Jurantis; & Juramentum non mutat, sed præcise confirmat contractum ac promissionem secundum eorum naturam, & eodem modo quo intelligitur & accipi soletur, non alter; solumque addit obligationem Religionis. Sic jurati puelle

nuptias, scilicet nisi illa fornicetur &c. quia promissio ipsa sic intelligitur, nec aliter obligat. Hinc Juramentum conditionatum non obligat ad promissionem, donec impleatur conditio, ex cap. 3. de Jurejur. quia conditio suspendit pactum, & proinde Juramenti obligationem. Obligat tamen ad expectandum eventum conditionis.

Resp. 3. Juramentum de futuro sine promissione obligat, quia simplex assertio de futuro confirmata Juramento obligat ex virtute Religionis ad faciendam veram rem assertam de futuro. Et jurans se aliquod futurum absque promissione, jurat non solum se habere voluntatem id præstandi, sed etiam suo tempore futurum, sique tenetur efficere veram assertionem suam de futuro, Suarez, Sanchez &c.

Porro de Juramentis servandi statuta Communis, Collegii, Capituli &c. docet cum multis Sanchez, ea intelligenda esse ita obligare, ut res illa servanda continetur in statuto, nimirum si statutum est tanti momenti, ut obliget sub mortali, obligabit Juramentum sub mortali; si autem sit leve, ita ut sub veniali tantum obliget Juramentum, sub veniali obligabit. Ratio est, quod hic non jurat præcise servare rem illam in statuto contentam, sed prout continetur in statuto, seu statutum ipsum, quale est. Ergo obligatio Juramenti metienda est juxta statuti obligationem. Ita Sanchez, qui inde infert, virtute hujus juramenti non teneri jurantem ad observandam ea statuta, quæ recepta non sunt, aut in deserendum alibi, quia hoc juramentum est de solis statuti servandis quatenus obligat. Ergo quoties ex quavis causa obligare desinunt, cessabit perinde juramenti obligatio; quia jam illa non sunt statuta, atque juramentum fuit illis accessorium, quatenus statuta erant: Item eo solo modo juramentum obligat ad statuta servanda, quo illa recepta sunt.

In generalibus vero juramentis obediendi Prætorum, aut Rectorum, jurata obedientia non censetur exigi, inquit Reginaldus, nisi id ipsum exprimat præcipiendo in virtute præstiti juramenti, vel alia verborum forma æquivalenti.

Quest. VI. Quibus casibus Juramentum non obligat?

Resp. His. 1. Si fit de illicitis etiam venialiter, ex regul. jur. 56. in 6. Non est obligatorum contra bonos mores præstitum juramentum, nam juramentum non est vinculum iniquitatis, ex c. 18. de Jurejur. Enimvero non potest obligari ad peccandum, cum contra quisque teneatur ad non peccandum; alioquin teneretur ad duo contradictoria, ideoque ad impossibile. Immo qui tenet illicitam faceret ob juramentum, bis peccaret, nam præter peccatum illud, quod pararet, gravem irreverentiam contra Deum admitteret, utendo ejus nomine & auctoritate tanquam vinculo ac instrumentum seu motivo ad eum offendendum. Quare non obligat juramentum de re, quæ fit in damnum tertii, cap. 28. de Jurejur. vel contra bonum publicum, vel contra legem divinam, vel ecclesiasticam, vel etiam civilem, nisi hæc fit immediate in favorem privati, cui licite renuntiare possit: Nam illicitum est damnum alteri sine justa causa & legitima auctoritate inferre, bono publico nocere, & leges violare. Non enim dicenda sunt juramenta, sed potius perjuria, quæ contra utilitatem eccle-

siasticam, & SS. Patrum veniunt instituta, ait Concil. gener. Lateran. III. cap. 15.

2. Si fit de re inutili, id est, quæ neque ex se neque ex fine aut circumstantiis, ad Dei obsequium, vel hominis utilitatem conductæ. Nam juramentum nec est vinculum rerum vanarum, & otiosarum, nec Deus vult illas fieri ob nominis sui reverentiam. Immo tale juramentum est peccatum, cum fit abusus sancti & terribilis nominis Dei, & irreverentia in Deum. Aliud est, cum res de se indifferens ordinatur ad bonum hominum, ad quem conductæ; vel est utilis alteri, in cuius gratiam jurata est, ut si jurati, ne nullas merces nisi a Titio empturum, obligaris. Nam honestum est redire proximo rem promissam, quæ ei utilis & grata est: juramentum autem de opere honesto obligat.

3. Si fit de re impeditiva majoris boni, & contraria consilio Christi; ut si jures te non ingressurum Religionem: nam Deus non vult illud servari, cum majus Dei obsequium impediatur. Obligat tamen, si res illa sit promissa homini, & ei utilis: quia homo vult illam fieri ob suam utilitatem, & habet jus ad illam. Unde illam præstando exerceat debitus ætus veritatis, fidelitatis, justitiæ, & Religionis. Hinc si jurati dare viginti aureos Petro diviti, non potes illos dare pauperibus, licet, seclusa promissione, hoc sit melius.

4. Si fit de re impossibili: nam ex regul. juris impossibilium nulla est obligatio; cum nemo possit ad impossibile obligari.

5. Si fuerit error, vel dolus circa rei promissæ substantiam. Quia deest consensus substantialis circa juramentum; nam jurans non habet intentionem jurandi rem illam, circa quam errat, sed aliam quam apprehendit, ut si juras te daturum vas aliquod, putans esse aneum, cum sit aureum. Item die, si error versetur circa causam finalem, quin etiam deest verus consensus, cum deest motivum verum volendi, & jurans censetur jurare sub conditione: Si res ita est: ut si jures te daturum viginti Petro, eo quod falso asserat tibi faville in aliquo negotio.

6. Si promissio jurata non fuerit acceptata ab homine, in cuius gratiam facta est. Quis juramentum sicut ipsa promissio includit hæc conditionem: Si ab altero acceptetur. Deus si promissio facta fit in honorem Dei, ut si alteri juramento promittis, te Sacramenta fuisse servatum, Religionem ingressurum &c. Tunc enim est votum juratum, cum ad Deum directæ spectet, & ejus intuitu fiat: unde statim acceptatur a Deo.

7. Ex his, quæ ab Authore superioribus in questionibus sunt explicata, facile patet jure meritoque ab Apostolica Sede vel ex ipso Juramenti abusu damnatas, seu sub potestate etiam excommunicationis prohibitas esse Societates, quæ vulgo dicuntur: de liberi Muratorij, vel deo Franci-Maconi. Etiam jurando ad Sacra Biblia interpositio homines in hujusmodi Societates cooptantur, quæ civilibus canonicisque legibus damnatae sunt: quæ Catholicæ Religionis puritatem non parum obesse possunt, quod in eisdem ejuſdemque Religionis & sectæ homines conveniant: quæque apud prudentes probosque viros

ita male audiunt, ut qui scilicet nomen dent, præviatus & perversionis noxam incurant: Et arcium, & impervium secreti sedes inveniunt, quo occultantur ea, quæ in hujusmodi Conventibus fiunt, quæ sane nec bona esse, nec apam prælestere juramenti materiæ, ex eo liquet; primum, quia nisi hæc mala essent, tanto nequaquam odio lucem haberent deinde quia vehementer suspicio est, Religionis puritati obesse, ut supra indicavi; & quia publica populi Christiani fama læset, ea iure esse æque permissa: demum quia hujusmodi jurando ita servando secreto additi contendunt, quasi eis liceat hujus juramenti obtenta fieri omnia, quominus a legitima potestate interrogati tueri cessentur: quæcumque exquiruntur ad discipendum, an aliquid in hujusmodi Conventibus fiat, quod fit contra Religionem aut Republicam statum & leges. Hæc ex duabus Constitutionibus Pontificis deprimissimis, quarum altera est Clementis XII. quæ incipit In eminenti; altera vero Benedicti XIV. quæ illa confirmat, cujus initium est Providas Romanorum Pontificum. Ut autem sciant Sacra Religionis Ministri, quæ ratione cum hujusmodi hominum genere de genere debeant, gravissimas præstare prohibitiones & damnationis causas, quæ in Benedictina Constitutione recententur, ordine referemus, ac penas recentissimas, in quas hujusmodi homines eorumque fautores incurant.

Prima traque est, quod in hujusmodi Societatibus, & Conventibus, causæque Religionis & Sacrae Homines hæretice consociantur, quæ ex se facti sunt, quam magna principis Catholicæ Religionis puritati inferri valeat. Altera est, ut in, & impervium secreti sedes, quo occultantur ea, quæ in hujusmodi Conventibus fiunt: quibus proinde ea sententia merito aptari potest, quam Carolus Natusi apud Minucium Felicem in causam animam diversa prolata sunt. Hæretica semper publico gaudent, seclera secreta sunt. Tertia est jurandum, quo se hujusmodi secreto involvunt servando adstringunt: quæ licet alicui, cujuslibet promissionis aut juramenti obtenta fieri tueri, quominus a legitima potestate interrogatus, omnia secreta teneantur quæcumque exquiruntur, ad discipendum, an aliquid in hujusmodi Conventibus fiat, quod fit contra Religionem aut Republicam statum & leges. Quarta est, quod hujusmodi Societates non minus Civibus quam Canonicis Sanctissimæ adversarij dignoscuntur, quæ scilicet Pape Civis omnia Collegia & Scholæ, præter publicam auctoritatem, non constituta prohibentur, ut videtur in Pan-dectarum libri XLVII. Tit. 12. de Collegiis, & Corporibus illicitis, & in celebri Epistola C. Pli-nii Cæcili secundus, quæ est XLVII. libri X. in qua ait: edita sup. secundum Imperatoris mandata, verum fuisse ne Hæretici essent; idem ne Societate, & Conventus sine Principis auctoritate intri, & haberi possent. Quinta est, quod jam in pluribus Regionibus memorata Societates & Aggregationes Secularium Principum legibus præscriptæ atque eliminatae fuerunt. Ultima denique, quod apud prudentes & probos viros eadem Societates & Aggregationes male audient, eorumque iudicio, quæcumque eisdem moneant darent, præviatus & perversionis noxam incurant.

Prohibetur autem in antea dictis Constitutionibus,

ne quis sub quovis pretextu aut quasto colore audeat vel presumat predictas Societates intrare, vel propagare, conservare, aut in suis adibus, seduibus, vel alibi receptare, atque occultare, iis adhiberi, aggregari, aut interesse, vel potestatem, seu commoditatem facere, ut alicubi convocentur, isdem alicui ministrare, sive alias consilium, auxilium, vel favorem prebent, aut in occulto, directe, vel indirecte, per se, vel per alios quoquo modo prestare; nec non alios hortari, inducere, provocare, aut suadere, ut huiusmodi Societatibus adscribantur, annucentur, seu intersint, vel ipsos quomodolibet juvent, ac foveant; sed omnino ab istem Societatibus, Catibus, Conventibus, Collectionibus, Aggregationibus, seu Convenculis profus abstinere se debeant, sub pena Excommunicationis per omnes, ut supra, contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo, per quonquam, nisi per Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, preterquam in articulo mortis constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere.

Quest. VII. An Juramentum iniuste extortum obligat?

Resp. Affirm. Nisi fit de re illicita. Hoc certissimum est apud omnes, inquit Sanchez. Prob. 1. Quia est verum juramentum. Ergo ex eo oritur obligatio Religionis erga Deum, cuius auctoritas interposita est; cum hoc obligatio ex natura rei sit inseparabilis a juramento, quod est de re licita, nec alteri noxia. 2. Ex cap. 6. & cap. 4. de Jurjur. ubi Alexander III. loquens de juramento ex gravi & iniusto metu extorto, ait: *Non est tutum quilibet contra Juramentum suum venire, nisi tale sit, quod servatum vergat in interitum salutis eterne.* Nec Ecclesia tale juramentum irritat, sicut votum ex metu gravi iniuste extortum. Nec obstat c. 27. de Jurjur. & c. 2. de pati. in 6. ubi dicitur: *Paſſa, que seclulo juramento sunt irita, servari debent eo accedente, dum licite possunt, si prestitum sit sine vi & dolo.* Nam Pontifex vult se ipsum illa non firmari juramento vi, vel dolo preſtato, & juramentum extortum relaxationis causam ex se ipso prebere ob injuriam, quam continet. Eadem juramentum non firmat promissionem que nulla est: at firmat assercionem includam in promissione.

Hinc 1. Captivus tenetur cum periculo vite redire in carcerem, quo se reditum juravit illud providens, licet mors & carcer sint iniusta: nam cum hoc promissio prudens sit, jurans enim exitum sine illa non obtinisset; nec mutatio circa rem promissam facta sit: ejus executio, nempe reditus, est actus licitus, & opus fortitudinis, patientie, magne veracitatis & fidelitatis, ideoque est materia juramenti; nec in censetur se occidere, sed tunc se exponere periculo mortis ob justam causam. Ita Toletus, Suarez, Delugo, Sanchez. &c. & est saltem communis sententia. Nam reus tenetur non fugere, etiam cum periculo mortis transit, si juravit non fugitum: nam juramentum de re licita preſtitum in gratiam tertii obligat.

Hinc 2. Qui latroni ex metu mortis juravit se daturum pecuniam, & insuper eum non denunciaturum, non tenetur quidem ad non denunciandum; quia hoc pars juramenti est illicita, utpote contra

bonum publicum; sed tenetur pecuniam promissam tradere, non quidem ex vi promissionis iniuste extortæ, cum actio iniuriosa non possit dare jus injurianti in injuriam injuriam; sed ex religione erga Deum, cui soli acquiritur obligatio, idque per se semper tenetur accepta restituere ob injuriam illatam. Potest tamen jurans juramenti relaxationem petere, vel solutam pecuniam repetere. Ita S. Th. 2. 2. qu. 89. art. 7. ad 3. In juramento, quod quis confusus facit, duplex est obligatio. Una quidem, qua obligatur homini cui aliquid promittit; & talis obligatio tollitur per conditionem, quia ille qui vim iniulit, hoc meretur, ut ei promissum non servetur. Alia autem est obligatio, qua quis Deo obligatur, ut impleat quod per nomen ejus promissit; & talis obligatio non tollitur in foro conscientie, quia magis debet damnum temporale sustinere, quam juramentum violare. Potest tamen repetere in iudicio quod solvit, vel prelatore denuntiare, non obstante quod contrarium juravit; quia tale juramentum surgere in deteriorum casum, esset enim contra iustitiam publicam.

Quest. VIII. Quid dicendum de juramento facto & delicto?

Resp. 1. Juramentum exterius factum sine animo jurandi, est semper intrinsece nullum. Quia 1. Est mendacium: nam sic jurans exterius significat se habere animum jurandi, quem tamen non habet. 2. Est irreverentia in Deum, abest enim nomine & majestatis ad decipiendum proximum. 3. Est intrinsece malum, avertere finem principalem juramenti, qui est firmare veritatem, & sinceritatem, & pacem. Ad nisi homines graviter obligentur ad habendam sinceram intentionem, cum jurant, profus revertentur juramenti finis, & securitas, ut notat Suarez, inde interest obligationem hanc esse gravem, utpote ortam ex intrinseca ratione juramenti, & reverentia divini testimonii. 4. Innoc. XI. damnavit hanc propositionem: *Cum causam licitam est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.*

Hinc juramentum sine animo jurandi factum etiam de veritate, in contradiculis, in iudicio, in re quavis gravi, semper est mortale contra religionem. Nam est gravis illusio, & abusus nominis Dei contra finem sui juramenti: si enim homines scirent, potest sic jurari sine peccato mortali, nil estimarent juramentum. Et ita docet communis sententia, quoties juramentum legitime petitur, vel sponte fit. Sed idem dicendum videtur, etiam si minus legitime exigatur. A fortiori semper est mortale sic fide jurare factum, cum semper sit gravis irreverentia in Deum, ipsum exterius adducere in testimonium falsitatis, & ipsa verba secundum se habeant turpitudinem & indecentiam gravem.

Resp. 2. Est juramentum factum sine animo jurandi, sit solum fictio juramenti, cum verba per se non habeant efficaciam, nisi ut fiant vera iura mentis; tamen est obligatio factum quod juratur, ratione iustitiae, vel damni inde orti aut orturi, vel scandalii, si non praestetur. Nam quisque tenetur cavere ne ex sua actione legatur alteri damnum ac scandalum, & sequatur tollere. Immo juramentum dolo sum, falsum, non iniuste exigatur, impleti debet ex virtute religionis; quia, ut ait Valentia, preceptum naturale religionis obligat ad tuendum honorem divinum, non solum efficiendo

verum id, in cuius confirmatione revera invocatum est divinum testimonium; sed etiam id quod rationaliter potest credi fuisse divinum testimonio confirmatum: aliquid minuitur per se loquendo honorum divinum.

Resp. 3. Qui jurat cum restrictione mentali, aut equivocatione, 1. Peccat mortaliter contra religionem; nam gravem irreverentiam Deo inferit, abstinendo ejus nomine & auctoritate ad decipiendum iustis proximis, etque perjurus: Perjuri sunt, qui servatis verbis, expectationem eorum, quibus juratum est, deceptum, ait S. August. epist. 124. Etenimvero restrictio mentalis, & equivocatio proprie ac simpliciter dicitur, sunt mendacium. Nam in illis locutio totaliter sumpta est contra mentem, cum neque ex se, neque ex circumstantiis habeat vim significanti totam propositionem internam, sed solum significat id quod verba in sensu obvio praeserunt in talibus circumstantiis; quod quidem est contra mentem. Hinc Innocent. XI. damnavit hanc propositionem: *Qui mediante commendatione, vel munere ad magistratum, vel officium publicum promotus est, potest eum restitutione mentali praestare juramentum, quod de mandato regio a similibus exigi solet, non habito respectu ad intentionem accipientis, quia non tenetur sateri crimen occultum.* 2. Talis peccat etiam contra iustitiam, quando juramentum jure exigatur, vel sponte fit, ut in iudicio, contradiculis &c. Nam violat jus, quod alter habet, ne decipiatur, & ut clare, sincere, & secundum ejus intentionem juretur. Quare deceptor obligatur juramento secundum intentionem illius, qui jurat, nam tenetur tollere deceptionem injustam. Ita S. Th. 2. 2. qu. 89. art. 7. ad 4. ubi: *Quando non est eadem jurantis intentio, & ejus qui jurat, si hoc provenerit ex dolo jurantis, debet juramentum servari secundum sensum intellectum ejus, cui juramentum praestatur.* Unde Idorus dicit: *Qua cumque acti verborum qui jurat; Deus tamen qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille qui juratur, intelligit.* Si autem jurans dolo non adhibeat, obligatur secundum intentionem jurantis. Unde Gregorius dicit, lib. 17. Moral. *Humana aures talia verba nostra iudicant, qualia foris sonant; divina vero iudicia talia, foris audiunt, qualia ex intimis proferruntur.*

Hinc rogatus juridice, an crimen aliquod admisit, quod per se non admittit, sed per alium cui id precepit, perjurus est, si juret se non admisisse; quia hoc juramentum accipiendum est secundum legitimum verborum sensum; quem aut ex communi acceptance tenet usi habent, aut in quo canones & leges accipiunt. At fecisse vere dicitur non solum ille, qui per se ipsam fecit, sed etiam si mandavit, cap. 6. de sent. excomm. & lib. 5. de vi & vi armata. Ita Sanchez.

Resp. 4. Juramentum factum cum animo jurandi, sed sine animo se obligandi, vel implendi, 1. Est obligatorum: nam est verum Juramentum, cum ad hoc sufficiat voluntaria invocatio Dei in testimonium. At obligatio ex natura rei inseparabilis est a juramento, in ipsa materia licita, nec jurans potest hanc ullatenus vitare, sed necessario tenetur ita implere ob interpositam auctoritatem Dei solum per modum fideiussoris. Ita Suarez, Lessius, Valentia, & alii multi. 2. Ex communi senten-

tia, semper est mortale; tum quia gravis est irreverentia in Deum, adducere eum in testem, nolo de obſtrigi illius testimonio, vel obligationem inde contractam implere; tum quia est perjurium, cum fit mendacium juramento confirmatum: nam jurans vocat Deum in testem voluntatis se obligandi, & implendi, quam significant voces ex usu & sine juramenti, quomque fecit se non habere.

Nota. Clerus Gallicanus ann. 1700. has propositiones ut perniciosas, & bonae fidei contrarias damnavit: *Qui intentionem jurandi non habet, licet falso juret, non peccat, est alio crimine tenetur, quia mendacii alicuius. Qui jurat cum intentione non se obligandi non obligatur ex vi Juramenti.*

Quest. IX. Quot modis tollitur obligatio Juramenti promissorii?

Resp. Ex communi sententia his. 1. Materia mutatione, videlicet si res jurata fiat postea impossibilis, vel illicita ob superioris prohibitionem, vel profus inutilis ad internum finem, vel noxia est, cui promissa est. Cum aliquis juret, vel promittit se futurum volutatem alterius, intelligenda est debita conditio: *Si scilicet id quod est mandatum, licitum sit, & honestum & possibile, sine moderamine,* ait S. Th. qu. 98. art. 2. ad 3. Item ex communi sententia, si fiat aliqua mutatio in notabilis, ut res jurata videtur in alio facta constituta, & diversa notabiliter ab ea, quae promissa est, ex cap. 27. & 25. de Jurjur. Nam talis mutatio quasi aliud obiectum facit, ad quod jurantis intentio non extenditur, ut si juravit te sejuncturum certo die, & eodem die incidat in morbum gravem.

Hinc parentes, qui jurantur te puniturus liberor, vel heri famulos, qui jurantur te non punire, si poena jurata digni non sint, quae invalidum fuit ab initio Juramentum, utpote de re illicita; vel licet poena digni sint, si punitio videtur plus obfutura quam profutura; vel si vilis corrigi paratus, veniam petat: nam notabiliter mutatus est status rei; & Juramentum comminatorium habet hanc conditionem tacite intellectam: *Nisi sit melius non servare.* Nisi punitio inutilis sit. Nam sicut Juramentum non est vinculum iniquitatis, ita nec est impedivium majoris boni, nec vinculum rerum vanarum & inutilium. Idem dicitur id accidat, quod si fuisset Juramenti tempore, si res temerarius ac insipientis haberetur, nam tunc ad id nullatenus se extendit jurantis intentio.

2. Condonatione sine remissione facta ab eo, in cuius solius favorem juratum est, ob subtractionem materiae, nisi res promissa fuerit principaliter in honorem Dei. Nam hoc ipso quod promissarius promissioni renunciat, tollit juramenti materiam, quod proinde jani non obligat.

3. Commutatione facta a superiore iusta de causa, si promissio facta fit Deo; si vero facta fit in utilitatem hominis, & ab eo acceptata, res promissa potest commutari cum ejus consensu.

4. Irritatione facta ab eo, cui persona vel voluntas jurantis, vel materia juramenti est subiecta, sicut dixi de voto. Nam Juramentum non obligat in damnum seu praedivium tertii, & sit sub conditione: Nisi contradicatur talis persona, & alioqui res jurata esset illicita, utpote contra jus alterius. Sic Superior Regularium potest valide, etiam sine causa, irritare juramenta subditorum, pater filiorum,

passione cum eo, ut cum quibus verbis demonem invocat, vel aliquid usurpat, per quod putat demonem cooperari. Alia fit cum invocatione tacita & implicita; ut cum ad occurrentiam notitiam obtinendam adhibetur media vana & improporcionata: tunc enim talis notitia non potest expectari nisi a demone, cum coniter quomodocumque vana a Deo non esse instituta, nec a bonis Angelis exhiberi, nec habere connexionem naturalem cum illa, ut dum quis cupit furem cognoscere invertendo cribrum, aut proferendo certa verba.

Resp. 3. Divinatio ex parte verbi multiplex est, scilicet Præfignum, cum demon variis apparitionibus oculis perstrigit; Necromantia, quæ fit per mortuos in speciem fluctuatis; Chiromantia, quæ per lineas manus; Aruspicum, quod per viscera animalium; Auspicium, quod per motum, situm, aut nomen avium; Augurium, quod per garrum, avium; Astrologia judiciaria, quæ peritum ac cœnarium siderum; Sortes divinatoria, item divinatio, quæ fit per somnia, vel signa in ære, æque, quibus, corporibus terribilibus apparentia &c. Sed communis sententia hæc omnia inter se specie naturali non differunt, quia non habent malitiam notabilitatem inter se diversam.

Nota. 1. Aliques effectus naturales, v. gr. ferocitatem, pluviam, tempestatem conjicere licet ex avium & animalium motu, garru, volatu: nam hæc sunt proportionata cognitione talium, saltem probabiliter.

Nota. 2. Duplex est Astrologia; alia naturalis & licita, quæ ex siderum concursu prænumantur eclipses, venti, pluvie, frigus, ætus, & similes effectus, qui cum illis connexionem naturalem habent. Alia judiciaria, quæ ex siderum concursu futura libera prædicuntur. Hæc a Scriptura, Patribus, & multis Conciliis, & utroque jure, & a Sixto V. Constit. 17. graviter damnatur ac prohibetur, cum ælius liberi non possint per astra cognosci, quippe qui ab aëris non pendent, sed a sola voluntate libera. Sicque Astrologia illa continet superstitionem, sicut alia divinationes, cum fundetur in astris tamquam in signis. Quod fit fundetur in astris tamquam in causis, erit etiam hæresis, nam tollitur libertas humana.

Nota. 3. Triplicis generis sunt Sortes, nempe divinatorie, consultorie, & divinatorie. Divinatorie sunt hæc, quibus decernitur cui aliquid tribuendum sit: Licite adhibentur sive ad hereditatis divisionem, sive ad litem compositionem, quando jus utriusque partis apparet æquale, & utraque pars in sortitionem consentit. Item quoties non apparet ratio, cui alter alteri in aliquo commodo vel incommodo debeat preferri, ex Prov. 18. *Contradictiones comprimunt sortem: & inter potentis quoque adjuvat.* Nam non sunt superstitiosæ, quia non assumuntur ad investigandum aliquid occultum; nec iniuste, cum ordinantur ad quemdam contractum, in quo æqualis est contrahentium conditio, ut res fit illius, cui fors obtigerit. Sortes tamen omnes vetitæ sunt in electionibus ecclesiasticis, c. 3. de sortib. Nec licet electionis officia secularia sorte distribuere, ob periculum eligendi indignum aut minus dignum. Nam beneficia & officia tum ecclesiastica, tum secularia conferri debent dignioribus, qui non sorte, sed digni inquisitione rationis cognosci possunt.

Sortes consultorie, quibus inquiritur quid in actu re obteatur sit agendum, sunt illicitæ; nisi ex inspiratione divina fiant, quia continent saltem revelationem Dei, & periculum notitiam diaboli. Imo sunt superstitiosæ, si a demone cogitatio expectetur. Quare sub anathemate prohibentur, c. Sortes, 26. q. 5.

Sortes divinatorie, quibus inquiritur res occulta vel futura, ut si quis ex taxillorum projectione & dispositione divinet, quibus obtentura victoriam, beneficium &c. sunt vera superstitiosæ: nam sunt medium vanum & improporcionatum. Hæc effectus. Ideoque intervertit in iis tacita demonis invocatio, & graviter prohibentur multis Canonibus, *caus. 26. q. 3.*

Nota. 4. Licet aliqua somnia possint a Deo mitti, qui tamen facile & temere somnia credit, non excusatur a gravi culpa, etsi dicat se credere illa esse a Deo. Quia morali periculo demone deceptionis se exponit, & quantum est ex se vult illis credere, etiam si a demone sint. Ita Suarez. *Multis enim errare fecerunt somnia; & occiderunt sperantes in illis.* Eccl. 31. Quando autem somnium ad peccatum, vel ad aliquid imprudens aut vanum impellit, aut post somnium homo remanet animo turbato & minus prompto ac propenso ad opera vitiosa, certum est illud non esse a Deo.

Itaque divinatio per somnia, cum quis illis utitur quasi certis regulis ad cognoscendum, vel omittendum aliquid circa vite christianæ aut civilis officia, aut circa futura libera, est mortale peccatum superstitiosum: nam his somniis se immittit diaboli deceptioni, & sic tacita cum demone iuratur societatis. Hinc graviter prohibetur a Deo. *Levit. 10. Non augurabimini, nec observabitis somnia.* Et *Deuter. 18. Nec inveniat in te qui observet somnia. &c. omnis enim hæc abominatur Dominus.*

Quest. V. Quid & quotuplex est observantia vana?

Resp. 1. Observantia vana est Superstitio, quæ ad effectum aliquem obtinendum adhibetur media vana, inutilis, & improporcionata; vel quæ ex observatione eventus fortuiti actiones suas vana dirigit. Non differt a divinatione, nisi quod hæc ad effectum extremum, vel opus observantis. Quare quæ dicta sunt de divinatione, debent cum proportione accommodari vana observantia.

Resp. 2. Dividitur 1. In eam, quæ fit cum expressa demone invocatione, seu pactione, ut cum quis verbis demonem invocet, vel usurpat aliquid, per quod velit demonem operari: & in eam, quæ fit cum implicita ac tacita invocatione demonis, ut cum sine invocatione verba facta adhibentur ad aliquid assequendum media vana & improporcionata, nec a Deo instituta.

Dividitur 2. In tres species. Prima est ars notoria, quæ ad scientiam aliquam repente & sine fine dio acquirendam usurpatur media vana & improporcionata, ut verba ignota, certe preces, aliqua potio &c. Cum tunc tribuitur demoni, quod soli Deo concepit, scilicet infundere scientiam. Secunda est observantia sanitarum, quæ ad sanandis morbos hominum vel animalium, vel vitam ac valetudinem conservandam adhibetur media vana, & per 1.

sanaria, ut certe signa, non nisi ignota, ceremonie imanes, certe figure, nomen, characteres ignoti &c. aut etiam remedia naturalia, sed quibus aliqua favola seu vana adiunguntur tamquam necessaria, ut herbe collectæ in vigilia S. Joannis Baptiste: aut etiam adhibentur preces, verba Scripturæ, gestatio reliquiarum, vel lechazarum verbis Evangelii inseripturam cum vana circumstantia, ut si inferantur in aqua salis, apocrypha, inserta, aut verba ignota, inopinate; vel si vis & efficacia preces constituantur in modo eas scribendi vel proferendi, aut in tali charta, tali figura, tali hora: vel si preces, verba Scripturæ, gestatio reliquiarum adhibentur cum certa persuasione obtinendi sanantem aut alios effectus, puta non moriendi sine confessione, vitandi sinistritiam &c. Tertio est observantia eventuum, quæ quis ex eventu fortuito conicit aliquid prosperi vel adversari, & inde actiones suas moderatur: ut si quis mane domo egrediens, pelem offendat & ideo domum pererrat timens aliquid insulti; vel si quis credat aliquos dies esse insultuos, ideoque negotia omittat, alios vero factuos, quibus ea conicit: quod prohibetur, *cap. Quis 26. q. 7.* Nam cum illa nullam habeant vim naturalem, vel supernaturalem ad ea mala vel prospera ammittenda, nec cum illis connexionem habeant, observantur ut signa vana, quibus cooperatur demon, ut animos hominum talibus vanitatibus implicet; & a Deo, ac virtutibus avvertat.

Nota. 2. Cognoscitur & fit vana observantia, 1. si ad effectum aliquem obtinendum adhibetur aliquid, quod nullam habet vim seu proportionem naturalem, nec a Deo per se vel per Ecclesiam institutum est ad talem effectum, aut communi usu fidei approbatum; tunc enim non potest effectus expectari nisi a demone, cum Deus se vana rebus non immittat: illoque tunc est saltem tacita demonis invocatio; & cum eo pactio: ut si quis gestet amuleta, ligaturas, & vana talia characteribus consignata, contra valnera, vel subitam mortem &c. 2. si medio naturali vel supernaturali adiungatur aliqua res, vel circumstantia falsa aut vana tamquam necessaria & efficax, quia cum illa non fit verum medium, necesse est ut adhibetur instar signi, quod cum non fit a Deo, continet pactum occultum cum demone, & eius invocationem implicitam. 3. cum preces, vel verba facta, aut reliquie usurpantur cum certa persuasione obtinendi infallibiliter effectum. Nam cum neque ex natura sua, neque ex promissione divina habeant vim infallibilem absolutam, effectus non potest infallibiliter expectari nisi a demone; ut si recitentur preces promittentes recitantibus mortis subite, vel certi periculi vitationem; nulla enim preces talem vim absolutam & infallibilem habent. S. Antoninus. Secus si proferantur verba Scripturæ, aut gestentur reliquie, vel recitentur quedam preces, quæ nec fallum, nec vanum continent, ad obtinendum aliquid a Deo, si saluti nostre expedire iudicaverit, non tribuendo illi vim certam & absolute infallibilem: hoc enim pium ac bonum est, modo nulla vana circumstantia continentur. 4. Cum ex rebus vel verbis factis effectus vana expectatur, ut si proferantur verba facta, ut annulus moveatur: nam virtus divina non efficit vana & inutilia, & ideo ista referuntur saltem tacite ad demonem; qui maxime cupit rebus

vel verbis factis honorari.

Quest. VI. Quid est Magia?
Resp. Magia generatim est ratio efficiendi mira, hoc est, quæ habent causam occultam, vel creatam, ac proinde quæ non sperant vires naturales hominis vel Angelis: in quo mira differunt a miraculis, quæ superant vires omnes naturales, & a solo Deo fieri possunt. Duplex est Magia, naturalis & superstitiosa. Naturalis est ratio efficiendi mira industria humana absque demonis opero, unde est licita. Magia superstitiosa est illicita est ratio efficiendi mira operum demonis, etique species vana observantia. Hæc duplex est ratione finis, seu effectus; nam vel exercetur ad ostentationem, aut commodam propium vel alienum, & vocatur simpliciter Magia; vel fit ad nocendum aliis, & tunc dicitur Maleficium.

Quest. VII. Quid peccatum est Divinatio, & quænam vana est observantia, ac Magia?

Resp. Est semper mortale, a quo sola ignorantia invincibilis excusatur, qualis non est in rudibus, qui moniti, vel ab iis non abstant, vel qui in dubio eam exercent. Nec potest esse veniale ratione materie. *Ex communi sententia.* Prob. 1. *Ex Deut. 18. Cave ne imitari velis abominationes illarum gentium. Nec inveniat in te. . . qui ariolos suscipiet, & observet somnia atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui Pythones consulat, nec divinos: aut quarat a motibus ventorum.* Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter istiusmodi scelera debet eis. 2. *Ex Patribus, & multis Conciliis.* 3. *Ex cap. de sacrileg.* ubi Sacerdos, qui est atrolabio auctorem furti inquirere voluit, est sine intentione invocandi demonem, gravissime peccat dicitur, & a ministerio altaris per annum incessat suspenditur. 4. Quia in talibus continetur invocatio demonis, & pacto quedam cum eo vel expressa, vel saltem implicita facta. Nam quoties ad cognitionem, aut effectum aliquem obtinendum adhibetur aliquid vana, & per se ad id inutile, nec a Deo vel ab Ecclesia institutum, necesse est, ut talis cognitio vel effectus expectetur a demone, & eius opere obtineatur: cum obtineri nequeat per vim talis medi, utpote per se inutilem & improporcionatam, nec a Deo, qui res illas vana non instituit, nec iis utitur; nec ab his Angelis, qui nisi ad agendum nisi Dei iussa, undecumque facto invocatur demonem, a quo id expectatur, & cum eo iuratur quedam societatis, usurpando ea, quibus se immittit & cooperatur. Omnis enim invocatio, pactio, vel societatis etiam implicita cum demone, perpetuo Dei hoste, in quavis re est graviter injurijs Deo, & in eius contemptum edit: cum homo relicto Deo ad hostem eius insensibilem honoremque divinum affectantem confugiat: quod est crimen læsæ majestatis divine, sicut in Rep. societatis & commercium cum hoste Principis est crimen læsæ majestatis, præterquam si ille conetur in omnibus actionibus Principi contumeliam inferre. Hinc illud 1. Cor. 10. *Nolo vos scilicet fieri demoniorum.*

Nec obstat quod aliquis testificetur se renuntiare omni pacto, quia, respia facti contra suam testificationem, hoc ipso quod medium vanum usurpat, nam facto ipso opero demonis implorat, & vult talem pactum, volens uti rebus vana & improporcionatis ad aliquid obtinendum; cum illa non pot-